



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

14 Leges & exempla gentium in puniendis diuinis, maleficis &
mathematicis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

Leges, & exempla gentium in Puniendis Diuinis, Maleficis & Mathematicis.

Cap. 14.

- 1 Diuinorum pena per totum caput 14. lib. 34. Et vatum falforum apud Scythas pena. Et 2. Et seq.
- 2 Gymnosophiste Indorum vates. Silentium pro pena inditum.
- 3 Athalarici edictum de magis puniendis.
- 4 Adetrune relegata.
- 5 Mathematicis vrbe pulsati. Et 9.
- 6 Veneficorum ex Platone pena. Et 10.
- 7 Magi tumultuum auctores.
- 8 Incantatorum pena ex Caroli Magni legibus.
- 11 Haruspices vt saga impostores pelli debent. Et 12.
- 13 Diuinos consensuisse in quibus capitale. Magorum & magos consensuum vltimum supplicium. eod. Et vnd. c. 15. huius lib. 34.
- 14 Johanna virgo, que regem Carolum iuuat. exusta.
- 15 Maleficorum pena apud varias gentes. Et 16. Et 17.

A pud Scythas falforum vatum pena, eorum quos sua lingua vocant *Enarios*, per virgas diuinantium sunt: vt pedibus implicatis, manibusque post terga reuinctis, atque ore obstructo eos extendant in medium farmentorum, quibus plaustrum concameratum referunt, deinde igne supposito comburant, trahentibus plaustrum bobus, *Herod. in 4.* Inter Indos sophistae sunt seu sapientes, nudi, qui vaticinantur, aliis enim non licet de rebus publicis, non de priuatis, vt de temporibus anni, & si qua publica calamitas immineat. *Etis δ ἀμαρτοί ἐς τρεῖς μῆνας ὀπίσθον τῶν φθινοῦν ἡμερῶν γίνεσθαι ἴδεν, σιωπῆν δὲ ἐπαυδῆσαι ἔτι πλεον, ἢ ἢ ἐν ἔσσι ἐξαναχθῆσθαι ἀνὰ τὸν φθινοῦν, ὅτε ἢ σιωπῆν κατὰ βίον.* id est, Quicumque vero ter diuinando a vero errauerit, huic nihil aliud pena loco infigitur, quam quod ei deinceps silentium indicitur: neque cuiquam licet ei, cui silentium imperatum fuerit, ad loquendum cogere, *Arria libello rerum Indicarum.* Athalaricus Gothorum rex, in edicto: Maleficos, inquit, velleos, qui ab eorum nefariis actibus aliquid crediderint experendum, legum seueritas insequatur, quia impium est, vos illis esse remissos, quos caelestis pietas non patitur impunitos. Quales enim fatuitas est, creatorem vite relinquere, & sequi petrus mortis auctorem? *Cassiod. lib. 9. Variar. c. 18.* Filimerus Gothorum qui confederunt ad Meotides paludes, cum aspiciam sui imperii a morum reformatione fumeret, magas mulieres patrio sermone Scythiae solitudines abire coegit, ne earum commercio reliqua gens contaminata, in nefarias operationes proliua collaberetur, *Iuan. Magn. Gothus. lib. 6. hystor. Gotho. c. 24.* Mathematici: os ab vrbe Romae aspectu exterminari praecipuerunt Theodosius & Valent. vt nec praesentiae criminorum contagione alii fcedarentur. *in l. Manichaeos, 53. de iis qui contem. de relig. lib. 16. C. Theod. tit. 4.* Platonis autem lex. *Plato lib. 11. de Legib.* quae omnes species veneficorum & maleficorum continet, quae in Graecis exemplaribus incipit, *ἔσσι δὲ παρὰ κείνην πᾶσι ἐπιβλάται,* & c. quam sic verto: Quisquis aliquem veneno laeserit, si non lethalius, neque eum ipsum, neque quemquam de eius familia, sed vel pecu, vel alucaria, seu neci dederit, seu aliter affecerit quam morte: si medicus sit & venefici fuerit conuictus, extremo supplicio penam luto: si incens sit, iudex quod ipsum aut pati, aut soluere par sit estimatio. Si quis autem vir cuius aut illeceamentis, aut incantationibus, aut huiusmodi quibuscunque veneficiis, nocenti similis iudicatus fuerit, si vates sit, aut prodigiorum consultor, si religio sit, moriatur: si eorum artium expertus, illud veneficium fecisse pronuntiatum sit, de hoc quoque consilium iudicium, num multa, vel morte afficiendus sit cetero. *Marcenas* eques Romanus nobilissimus, instituens de Republica Octauium Caesarem, & hoc praecipuum adiecit. Neque contemtorem Dei, neque praestigiatorem vllam tolerabis. Neque magi ferendi sunt omnino, qui cum saepenumero etiam vera dicant, tamen frequentius mentiantur: & nouarum rerum tentandarum causam hominibus praebent, *Dio Cass. lib. 52. hyst.* Carol. Magn. in capitularibus, De incantatoribus, auguribus vel diuinantibus, qui tempore vel alia maleficia faciunt, ait, placuit in sacro concilio, vt vbi cunque deprehensi fuerint, videat archiepiscopus diuocis illius, vt diligentissima examinatione constringatur, si forte

Constantinus & Caesar tradit, multos magicis artibus elementa turbare, *multis, 6. C. de malef. & mathem.* Quod & naturalibus causis, industria & arte demonum, permissione Dei, fieri posse, grauissimi auctores non dubitant, quod & *Augu. ait, dum de malef. agit, 16. art. 7.* Liber qui dicitur *onus ecclesie. c. 17. §. 12. Et nos de his paulo post.* Accedunt & exempla, quibus apparet alios de incantationibus turbatum fuisse aere, & praeter conuersionem eius naturalem, quaedam ab illo elicit. Meminit Dio Cassius lib. 56. hyst. tempore quo Cn. Sidius Geta contra Salabum ducem expeditionem faciebat, neque aqua esset ad sitim extinguendam, quendam indigenarum confederatorum, hoc ipsum incantationibus plurimam aquam & caelo eliciisse. Hoc ipsum fecit *Arthropus, Suid in ver. Arthropus, Aegyptius Philosophus M. Philosopho Imperatori familiaris, qui cum aliquando Romani sitii laborarent, subito fecit, vt ingentes nubes obscurae existissent, quae pluuia ingentem cum tonitruis & fulguribus effunderent, quae tamen hoc tribuunt Iuliano Chaldaeo.* Meminit Suida, *idem in ver. ἀεριοκόιτου,* Corinthi familia quaedam ex numero eorum, qui ἀεριοκόιτου dicuntur, quae ventos sopiebat. *¶ A iunt* Empedoclem Paulaniae tradidit se aprun, id est, spiritu carens medicamentum, quod per triginta dies confuerat corpus sine spiritu & cibo: eundemque ferunt Empedoclem magum fuisse, quippe qui, cum *Estes* ita vehementer spirarent, & fruges laederent, iussit asinos excoriari & vires fieri, eosque in pro-montorii extendi, vt ventum exciperent, quo sopito dictus quoque est *ἄεριοκόιτου*, id est, ventorum prohibitor, *idem in ver. 5. art. 1.* Constantinus & Caesar, in *l. eorum, 4. de malef. & mathem.* C. non improbat eos, qui prospiciunt hominibus per remedia ex humanis quaerita corporibus, aut in agrestibus locis innocentes adhibita suffragia, ne maturis vindemiis metuerentur imites, aut ne ventis grandinisque lapidatione quaterentur, quibus nullus salus, aut aestimatio laederetur, & quorum vt proficerent actus, ne diuina munera, & labores hominum sternerent. *¶ Vt* erant apud gentiles olim quidam sacerdotes, dicti *χαιρῶν*, qui grandines cum instaret specularerentur, quas agni & pulli sacrificio auertere credebantur, & si agnus vel pullus defuisset, digitum graphio stilloue feriebant, atque inde fuso sanguine litabant, quos a Cleone institutos ferunt, *Liliu. Gyrald. Syn. 17. de idolis gentium.* Et in hoc daemones volebant imitari miraculum Eliae prophetae Dei, qui eius nomine clausit per triennium caelum, ne plueret: posteaque nubes & pluias induxit. *3. Reg. c. 17. §. 18.* Erant & tempore Caroli Magni aduersum grandines quaedam superstitiones & suspensiones, quas ipse prohibuit, *in const. Caroli Magni capitularib. Aquigrani habitis, art. 18. lege, vt clocas, id est, tintinabula non baptizent, nec chartas per 7 periticas appendant propter grandinem.* Hinc persuasum & decantatum, veneficas etiam in aere & stellis suas producere artes, & creditae carminibus sydera affici. Accedit Virgil. dum ait *8. eclo.*

Carmina vel caelo possunt deducere Lunam.
Et Lucanus in 6. de Magorum agens vi,
Illis & sydera primum
Pracipiti deducta polo, Phaebe, serena
Non aliter diuis verborum obfessa venenis
Palluit, & nigris terrenis, ignibus arsit,
Quam si fraterna prohiberet imagine tellus,
Insereretq, suas flammis caelestibus umbras.
Et patitur tantos cantus depressa labores,
Donec suppositas propior dispumer in herbas.
Et Ouidius in epistola Hypsipyles ad Iasonem de Medea,
Ille relinquantem cursu deducere Lunam,
Niuitur, & tenebras addere Solis equis.
Propertius quoque,
Cantus & e curru Lunam deducere tentant,
Et facerent, si non era repulsa sonent.
Rursum Ouidius de Diptra anus magicis tractans ait,
Ille magas artes Aeag, carmina nouit,
Inque caput liquidas arte recuruat aquas.
Scit bene quid gramen, quid torto concita Rhombo
Licia quid valeat virus amantis equae.
Quum voluit, toto glomerantur nubila caelo,
Quum voluit, puro fulget in orbe dies.
Sanguine, si qua fides, stillantia sydera videt,
Purpureus Luna sanguine vultus eret.
Hanc ego nocturnas viuas volitare per umbras
Suspicio, & pluma corpus arule regi & c.

consecratur malorum que gesserint: sed tali moderatione fiat eadem distributio, ne vitam perdant, sed ut seruentur in carcere afflictis, usque dum Deo inspirante sponte emendationem peccatorum, & ut nullatenus per aliqua premia a Comitibus vel Centenariis, absque distributa examinatione remittantur, in capitulari Caroli Magni, capit. de pace, c. 25. ¶ Silenna † Statilio & L. Scribonio Coss. facta senatusconsulta de mathematicis magisque Italia pellendis, quorum e numero L. Pituanus saxo est deiectus, in Publium Martium Coss. extra portam Exquilinam cum classico canere iussisset, more prisco animaduertere. Pulsi autem Mathematici ob Libonem Drusum, qui infernas umbras elicit, Cornel. Tacit. lib. 2. Annalium. Suetonius quoque in Tyberio, c. 32. Tyberium expulisse Mathematicos tradit, sed deprecantibus, ac se artem relicturos pollicentibus, veniam dedisse. ¶ Innuuit † Aëlopus Apologo lepidissimo, & Aësp. Frig. in Apologis, olim huiusmodi veneficas punitas, dum scribit mulierem veneficam, quæ diuinarum irarum propulsionem permittebat, accusatam, impietatis damnatam: & dum ad mortem duceretur, quendam illi obiecit, tu quæ Deorum irasauerere, promittebas, quomodo nec hominum consilia mutare potuisti? ¶ Columella † in præceptis rusticis, Haruspices sagasque, quæ utraque superstitione rudis animos ad impensas ac deinceps ad flagitia compellant, ne admiserit colonus, C. 12. de re rust. li. 1. c. 8. ¶ Scipio † scorta, & haruspices castris expulsi, quibus milites rebus aduersis territi vtebantur, Suid. in ver. & 7. 1. c. 9. ¶ Iulius Paulus † li. 5. recep. sentent. Qui de salute, inquit, principis, vel de summa Reipub. Mathematicos, ariolos, haruspices, & ariturnatos consulit, cum eo qui responderit, capite punitur. Idem etiam alibi, eo. lib. tit. ad leg. Cornel. de sicar. magicæ artis conficiis summo supplicio affici, hoc est, aut bestiiis subici, aut cruci suffigi: ipsos autem magos vnos exuri: libros item magicæ artis apud se neminem habere licere, & eos penes quoscumque reperti sint, bonis ademtis combustique his publice in insulam deportari: humiliores, capite puniti. Et non tantum, inquit, profectio huius artis, sed etiam scientia punita est. ¶ Hoc † prætextu, quod magam criminarentur Angli, & ut veneficam Ioanna puella virgo, quæ auxilio diuinitus fuerat Carolo regi Francorum, in Compendii ciuitate capta, vna iussu Semeferetensis ducis exusta est, Polyd. Verg. li. 23. hist. Ang. ¶ Mitiores † leges secundum hæc tempora videntur, quæ olim inter Salicos & Ripuarios contra Maleficos positæ erant, graniores certe tunc, cum audendi facultas tanta, ut nunc est, non erat, & plus reuerentur homines pecuniarias penas, quam nunc capitales Proinde in Salica lege, hæc titul. de malefic. §. 2. Si qua mulier alteri, ut infantem habere non possit, maleficium fecerit, duorum M. denariorum, qui faciunt solidos 6. cum dimidio culpabilis iudicetur. Et rursum in §. final. eod. titul. de malefic. Si quis alteri aliquid maleficium superiacuerit, siue cum ligaturus in aliquo loco miserit, duorum millium denariorum, qui faciunt solidos 62. cum dimidio culpabilis iudicetur. Et in legibus Ripuarie titul. 81. de malefic. §. 1. Si quis vir, seu si qua mulier Ripuarie per venenum, seu per aliquod veneficium aliquem perdidit, Virgil componat. Et rursum §. 2. eod. titul. Si non mortuus fuerit inde, sed debilitatus, 100. sol. dos soluat.

¶ In † codice legum Wisigothorum, sic etiam scriptum est. *Vi sine ingenius, siue seruus, vir, seu que sexus, qui in hominibus, vel brutis animalibus, omnique generi quod mobile esse potest, seu in agris, seu in vineis, diuersisque arboribus, maleficium aut diuersa ligamenta, aut etiam scriptura contrarietatem aliter excogitauerit, facere, aut expleuerit, per quod alium ledere vel mortificare, aut obmutescere velit, aut damnum tum in corporibus, quam in vniuersis rebus fecisse reperitur, ducentis flagellis publice verberetur, bona confiscentur, recludatur, &c. l. 4. c. 1. 3. de malef. lib. 6. Cod. Wisigothorum, titul. 2. Tyberius Cæsar, etiam Traffilo astrologo peritissimo quotidie vteretur, ac singulis diebus vaticinia acciperet: tamen re accurate considerata, cum aliquando per somnium visus fuisset cuidam pecuniam dare, hominem interemit: quod intelligeret sibi per magicam artem demonem immisum fuisse.*

¶ Reliquosque † omnes astrologos, magos, aut quicumque alio auxilio diuinationes exercerent, extortes necauit: ciues, quos prius Augulti neglexerant, extortes fecit, Dio Cass. lib. 57. Augustus enim Octavianus anno 764. interdixerat vadibus, ne absentibus arbitris, vel coram aliis de morte prædicerent. idem lib. 56. Soranus, quod vsus artibus magicis diceretur opera filiarum, factis Nerone ægotante sacrificiis, occisus est, Xiphili. ex Dion. in Nerone.

De Poena Diuinorum seu Mathematicorum. Cap. 15.

- 1 Incantatorum & ariolorum iuris diuini poena.
- 2 Magos consentientium, & magorum vindicta Dei, & diuini iuris, & aliarum gentium. Et 3.
- Et seq. numer.
- 4 Sacrificia paganorum & magorum vestita qua poena.
- 5 Didius Iulianus sacrificiis vsus cadis humana.
- 6 Sortilegis consentientibus qua poena imposita iure pontificio.
- 7 Magorum & sortiariorum qui sint idonei iudices.
- Inquisitor hæreticæ prauitatis quando cognoscere potest de sortilegis, eod.
- 8 Sacris abutentes rebus, qua poena digni.
- 9 Baptismi in sortilegis abusu vindicatus.
- 10 Magorum poena apud Wisigothos.
- 11 Demon intercepti & torquet magos.

¶ Alforum † vatum poenæ nunc nobis breuiter perstringenda, ex legibus non tantum diuini iuris, sed etiam humani, & gentium. Lex diuina imprimis, iubet omnes maleficos & incantatores interfici. Deut. 18. Et si anima declinauerit ad ariolos, & magos, & fornicata fuerit in eis, inquit Dominus, ponam faciem meam contra eam, & interficiam eam de medio populi mei. Et iterum, Vir vel mulier, in quibus spiritus Pythonicus vel diuinus fuerit, moriantur, lapidibus obruent eos, Leuit. 20. Saul erat, † dum probe imperabat, magos & ariolos & pythonissas de terra, mortique adiucauit, 1. Reg. 28. licet postea ipse improbus pythonissam consuluerit. Quod vt ad mortem eius, & in signum translationis regni in Dauidem notat sacra scriptura, 1. Paralip. 10. quemadmodum ob consulos diuinos & ariolos, mortuum fuisse alium regem Ochofiam narrat, 4. Reg. 1. Minatur Deus in Apocalypsi diuino regno se expulsum veneficos, Apocalyp. 9. & alibi per D. Paulum, ad Galat. 5. ¶ Iure † civili Constantinus Imperator haruspices, sacerdotes diuinos, & eos, qui eis ministrant, iubet ab omnibus domibus excludi, aliter concremari, & eos qui adnoauerint suauibus vel premis, bonis exotos deportari, L. nullus, 3. de malefic. & mathem. C. Et in Chaldaeos, magos, alioque maleficos, haruspices, Mathematicos, diuinationis curiosos, gladii supplicium decerni, L. nemo haruspices, 5. eod. tit. Et pro confessione, & si conuincantur, equuleum, vngulas sul. antes latera, aliaque tormenta statuit, L. & si excepta, 7. C. eod. tit. nulla dignitatis habita ratione. ¶ Et † lege Cornelia de sicariis tenetur, 4. qui magicis susurrus vsus fuerit, §. nemo lex Cornelia, de sicariis, de publ. in d. apud Iust. licet qui mala sacrificia fecerit, haberit vt ait Modestinus, L. ex senatus consulto, 13. ad leg. Cor. de sicar. li. 4. P. tit. 8. cuius poena mors aut deportatio, L. 3. & l. p. n. eod. Morte etiam dignus, qui se paganorum sacrificiis polluerit, L. 2. 3. 4. de pag. & sacrifi. cor. Quemadmodum † Didius Iulianus Imperator a militibus Romanorum pretii additione factus, plures pueros occidit causa magicarum artium, vt si forte quod futurum erat præcognouisset, posset auertere, Xiphili. ex Dion. in Didio Iuliano. Horum poena iure civili creuit, vel minuitur ratione circumstantiarum: nam si veneno, vel pharmaco, vel alio modo necem conciliauerint, homicidarum poenis puniendi sunt, de quibus in criminibus de veneficis, & legis Iulia de sicariis, & alibi diximus suo loco: & in singulis speciebus poenæ istius vanitatis poenas aliquas vsurpatas dicemus, Deo fauente. ¶ Iure † canonico, quia † ecclesiastica disciplina non infert poenas mortis temporalis, seu, vt dicunt sanguinis, c. n. archiepiscopus, de re. tor. c. 2. n. m. solum, 23. quest. 5. alia constituta sunt poenæ: nam clericis consentientibus sortilegis, magis, poena imponitur poenitentia quinque annalis, suspensio ordinum, & privatio beneficiorum, c. 1. & in de sortileg. c. non licet cum 3. seqq. 26. q. 5. Si autem malefici esse conuincantur, remittuntur ab ecclesiastico iudice ad curiam secularem condemnandi & puniendi: vt de hæretico pertinaci statutum est, c. super eo, de heret. in 6. Nouit enim ius canonicum ex iure diuino, scilicet, si ante diis alienis esse morte tollendos, cap. si audieris, 23. quest. 5. cuiusmodi sunt lamia, quæ demonibus obsequium præbet. ¶ Cognitio † tamen horum, qui rei maleficii sunt, 7. eius quod hæretici proximum, est etiam in aliis, quam ecclesiasticis personis, in laicis videlicet, ad iudic. & ecclesiasticum, nimirum ad episcopum, vel inquisitorem hæreticæ prauitatis pertinet, vel se-